

Mythologia, Venise, 1567 - III, 03 : De Cocyto

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[20\] : De fluminibus inferorum](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 03 : De Cocyto](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 04 : Du Cocyte](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 03 : Du Cocyte](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - III, 03 : De Cocyto, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/816>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination60v°-61r°

Du monde

Toponymes[Cocyte \(fleuve/rivière\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologia.

loremque habet Cyaneum propè, quem fluvium stygium nominant; & paludem, quam is fluvius ingressus facit, stygiam. Hic fluvius, quoniam fluit sub terra, aquamque habet insuavisimam, creditus est ad inferos usque descendere, & esse fluvius inferorum, qui ob insuavitatem suam dictus est styx, quasi *στυγὴ*, quod odiosum significat apud Græcos. Hoc in flumine cum alia complura monstrosa esse dicerentur, tum pisces ita graciles, ut magis piscium umbris similes, quam piscibus viderentur, ut ait Pausanias in Phocicis. Hic erant omnia animalia nigra, & ranæ nigrae, ut ait is poeta;

10

Esse aliquos manes, & subterranea regna,
Et contum, & stygio ranas in gurgite nigras,
Atque una transire vadum tot millia cymba.

Nam cum loquerentur poetae de rebus fabulosis, illis omnia iniunxerunt, quæ res veras consequi solent, quo probabiliores viderentur. Nunc ex his veram sententiam eliciamus. Vbi de Acheronte loqueremur superius, diximus Acherontem esse maiorem illum ac tristitiam, quæ nasceretur in mente hominis morituri è consideratione rerum præteritarum, at styx odium est illud erga transacta facinora, quod pœnitentiam consequitur: cum enim peccata præterita odio habere incipimus, tunc dicuntur animæ stygiam paludem traicere, quæ ex Acheronte exoritur. At qui ad fluminis ipsius ortum

20

suam orationem converterunt, illi omnem vim aquarum Oceano concedentes eò flumina omnia confluere, & ex illo fontium imbrumque materiâ manare crediderunt. Rursus qui ex aere in locis cauis sub terra concreto & in aquam verso dulcium aquarum vim oriri putarunt, illi Terræ filiam stygem, ut cætera flumina, arbitrati sunt: quare non est absurdum si res eadem aliis de causis varios ortus apud fabularum inventores sortita sit. Quod autem honorem illum consecuta sit Styx, quia æqui aduersus Titanas fuerit auxilio, vel quia Ioui insidias indicasset, nihil aliud significare voluerunt antiqui nisi principes suos à singulis nationibus esse pro viribus in imperio retinendos, si viri boni sint præcipuè; atque principes ipsos munificos esse oportere erga illos, qui sceleratorum proditioes & insidias patefaciunt;

30

qua re nihil esse potest neque sanctius, neque ad seruandas ciuitates accommodatius. ac de styge satis, nunc de Cocyto dicamus.

De Cocyto.

Cap. III.

Cocytum quoque defunctorum animarum multitudini transeundum esse fabulati sunt antiqui, prius quam ad inferos deveniretur. hic fluvius & quo illabatur, & unde oriatur, ita patefecit Plato in Phædone;

40

ὅτι ἡμετέριον ἵστασθαι, καὶ διὰ τὴν ἀνάγκην λαβόντα τὴν ὁδὸν, ἀπὸ κατὰ τὴν γῆν περιελθὲν τὸν ποταμὸν, καὶ ἀπὸ τῆς ἀφ' ἧς ἀναστῆναι τὸν ἀχέρντην, ἀπὸ τῆς ἰσμερίας. καὶ τοῦτο τὸ ποταμὸν ὁμοῦ ἐκείνῳ μένεται, ἀλλὰ καὶ ὅταν κούλησιν ἀπὸ τῆς ἰσμερίας, ἡμετέριον τὸν ποταμὸν ὁμοῦ μένεται, ὅταν δὲ τὸν ποταμὸν, ὡς τὸ ποταμὸν φέρουσι, ἀπὸ τῆς γῆς. Hic verò huc delatus, magnasque vires ab aqua assumens, terramque ingressus ac circumvolutus contrarius fluit Pyriphlegethonti, illique sit obuius in stagno Acherusæ: neque huius aqua cum alia cômiscetur, sed in gyrum circumvolutus in tartarum irrumpit Pyriphlegethonti aduersus. Scripsit Homerus in lib. 11. *odyss.* Cocytum & Pyriphlegethontem in Acherontem pessuere, cum sit Cocytus tamque riuus stygis ut patet ex his;

178

ἡ δὲ πρὸς τὸν Ἀ' ἀποτίθεται ἀποφασιστικῶς ἡ ἀντι-
 κειμένη ἐκείνῃ ἐν τῇ ἀποτίθει τῇ ἐν ἀποτίθει.

Aequæ Pyriphlegethon, Cocytusque è styge labens
Immensas Acherontis aquas mox fluctibus augeat.

Dictus est autem Cocytus à querelis & lamentationibus, ut nomen ipsum significat; quia morituri plerique post commissorum poenitentiam lamentantur, quia illa contra Dei optimi omnium parentis leges commiserint. Alii maluerunt dictum esse, quia queruntur & grauitur ferunt quia res carissimas sint relicturi: alii ob lamentationes coniunctorum dictum putant hunc fluvium, qui moriturus est transeundus. Neque potest quispiam ad inferos accedere, nisi per hæc flumina, vel, ut verius dicam, per turbulentissimas has animi cogitationes, quas antiqui per suas fabulas significarunt. Qui quidem ita viuendum esse per hæc signimenta ostendebant, ut intrepidi essemus ad omnem post mortem fortunam. Nunc dicatur de Charonte.

De Chervate.

Cap. III.

Charon vero, cuius nomen lætitiā significat, qui fuit Erebi & Noctis filius, ut sentit Hesiodus, qui in Theogonia omnia propè inferorum monstra ex iis nata esse affirmavit, portitor animarum & trium horum fluviorum nauta dicebatur. Erat quidem præter hos Phlegeton siue Pyriphlegethon, de quo cum fabula in idem recidat cum Coccyto, plura dicenda non putavi. Hic Charon dictus est ab antiquis grandævus, & à Polygnoto pictore senex pingebatur; qui Minyadem poësim fortasse secutus fuit, in qua erat de Charonte huiusmodi sententia;

Atque hic exanguis longaeus portitor umbras
Puppe vehit patula.

Sic etiam Virgilius lib. sexto Charontem senem esse demonstravit, ubi illius formam describit,

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
 Terribili squallore Charon, cui plurima mento
 Canities inculta iacet, stant lumina flamma.
 Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.

Hic erga omnes implacitus esse dicebatur, quos traiecit, neque Reges ac principes civitatum à reliqua multitudine putabat differre, cum omnes vno ordine nudos, & omnibus bonis spoliatos cerneret, vt testantur ea carmina;

καὶ τὴν ἐρωτᾷ εἰς τὸ ταύτης ἀνδρ', ἐντ' ἱαλαχὶ τέρβον.

Π' αὖτ' αἶψ' ἔπειτα, κ' ἄλλοι μὲν ἄρ' ἀμύμονα.

Suppose that the function f is continuous on $[a, b]$.

Наше дело не имеет границ и не знает.

For more Exports, see *Import-Export Statistics*.

Mortuus est æquè tumuli qui haud cepit honorem,

Quique fuit natus prae grandis pondera saxi.

Non Iro magis est Agamemnon clarus: & ipsi

Theridax similis *Thetidis* pulcherrima proles.

Hi pariter nudi atque inopes per regna vagantur

Vmbrarum, apta suis referentes praxia factis.

Testatur Lucianus i dialogo de Luctu moris id fuisse apud antiquos; vt obol-
um